



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De  
Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis,  
Commentariorum Libri LVIII**

**Valeriano, Pierio**

**[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678**

Mercator, mercatura, lucrum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14259**

significat in eo præsertim cui delicti pœna condonata est. Ajunt enim Prometheus, ob ignem diis surreptum, & cum mortalibus communicatum, ab Jove Caucasi montis rupi ferrea catena alligatum fuisse; & paulo post ab eodem ejus misero solutum, in hujus beneficii memoriam unum ex illis centenæ annulis cum saxi portione ex rupe sumpta, digito alligasse, indeque post annulorum & lapillarum jungendorum morem emanasse: quo fit ut etiam solus ferreus annulus, quo diu Romani sunt, id possit significare.

Annulorum origo.

DELICTI POENA, VEL ULTIO  
DIVINA. CAP. XVIII.

Idem Prometheus rupi alligatus, pœnam delicti divinamque ultionem imminere denotat, vel justum judicium esse, & calamitatem flagelli loco divinitus immisam, quemadmodum ipse Prometheus divino judicio ob ignem cœlitibus furto ablatum, turi alligatus traditur.

MERCURIUS.  
ORATIO, VEL ELOQUENTIA. CAP. XIX.

Horat. i. Carmin. Mercuri. Cuiusque vos culeos voce formasti. Mercurii varia hystorographica, Odyssa ver

sa 22. Nam est mantis potans.

Mercurius, a quoque stella ad Apolliniam nomen refertur

Macrob.

Sat. i. e. 19.

De Mercurii sermonis

efficacia a-

lister Pier. l.

23 ibi effi-

caz sermo.

Hinc dicitur

Beati- ves. valde

utilis O-

dyssa. d.

**M**ercurius orationis vim interpretandique virtutem & eloquentiam significat, utpote Deorum nuncius atque interpres, unde Virgilius dixit:

*Interpres divum cœlo demissus ab alto.*

Fingitur autem protensus atque erectus, propter orationis vim, alas in capite & pedibus habens, ut significet volucrem per aëra ferri semonem: nam & Homerus *ἄλ' ἄν' ἰσθ' ἔρ' η' ἄλ' ἄν' ἰσθ' ἔρ' η' ἄλ' ἄν' ἰσθ' ἔρ' η'*, hoc est, *alata verba appellavit.*

VELOCIOR SENSUS, VEL INTELLIGENTIA AGENS. CAP. XX.

**A**mmianus Marcellinus scribit, Julianum Cæsarem media nocte, ut Mercurio supplicaret exurgere solitum, quo menti suæ lumina præferret, quia Mercurium velociorem in mundo sensum esse motus mentium excitantem, quem vulgo Intellectum agentem vocant, ex Philosophorum arcanis acceperat. Ex quo colligimus infacris per Mercurium, intellectum agentem, & celeritatem sensuumque motum significatum fuisse.

FIRMITAS ET GRAVITAS ORATIONIS. CAP. XXI.

**C**um autem orationem, gravem, firmam solidamque esse debere indicare volebant, Mercurium in quadam basi sine pedibus pingebant, quod veri sermonis firmitatem ac robur indicabat: tum etiam, quia sermo sine manuum vel pedum adjumento suo fungitur officio.

MERCATOR, VEL MERCATURA ET LUCRUM. CAP. XXII.

**P**er eandem quoque Mercurii imaginem, quæ marsupium manu teneret, galli ad ejus bos sim ponentes, lucrum, mercaturam, mercatoremve significarunt: quod is mercium & lucri Deus haberetur: quia sermonis ope omnia mercimonia & contractus fiunt. Gallum vero idcirco illi apponunt vigilantiae symbolum, ut indicaret mercatores decere vigilantes esse, nec totas somno tribuere noctes.

FUR ET FALLAX. CAP. XXIII.

**F**ur quoque & furandi ars, atque fallacia, Mercurii Apollini Boves furantis imagine significatur, quod illum ejus artis & fallaciarum ac doli fraudisque inventorem Poetæ tradiderunt, unde & illi